

neggere : non mea negligentia factum, ut diu tacerem. Nam post nuptias meas Eferdingæ celebratas²⁰/₃₀ Octobris, G. D. Helmhardus Jörgerus rarissimè Lincii fuit, & quoties id erat, occupatissimus erat excipiendis salutationibus amicorum, aliisque patriæ negotiis.

Mitto properata manu tyronis imperitissimi inchoatum, autographo verò meo completum exemplum Epistolæ ad Calvisium, quam velim primo quoque tempore excudi; Welsium iter erat, hinc occasio fuit mittendi Argentinam; absque hoc fuisset, non adeò negligenter consarcinassem typographo exemplum. Spero hanc epistolam & typographo commodaturam ad distrahenda Exemplaria. Nundinis Lincianis per mercatores mittam ad typographum Eclogas Chronicas
cum